

1182 interdūm tanquān potens et princeps pro sem-
pore, causa et persona exercebat. Dux Theobaldus,
patrūelis et ipse tam episcopi quān Friderici
ducis, de cuius gratia per quartam partem prin-
cipabatur, sic laxaverat lora villicis suis, quibus
licebat quicquid libebat, quod episcopus diu non
ferens terram ditioris suae sub indolito positus
et lūm cum suis ad satisfactionem coegit. Simi-
liter et dux Fridericus cum dūcissa Elisabeth per
officiales suos similia, imo peiora presūmebat in
ecclesia Dei, quibus episcopus resistere volens sed non
valens adiit imperatorem Fridericum et eius implo-
ravit presidium¹, a quo benigne quidem suscipitur,
sed causa ipsius in longum differtur, hoc est fere
per medium annum, videlicet usque ad curiam,
quae circa medium quadragésimae fuerat celebranda
Ratisponae cum principibus totius ~~eccl~~ imperii.²
Qua expectatione suspensus demoratur in curia
cum 70 equis, cuius expensas imperator misera-
tus precepit ei dari ad quotidianum sumptum
35 prebendas cum equis cum hominibus, et hoc tam
large, ut et reliqui, qui extra numerum erant, fre-
quenter inde participarent. Sepius quoque ipsum
imperator ad prandium invitavit, necnon et

1) 1186

2) Mönz 1187; sq. Can. Prag. SSIX, 166; Kritz III, 283 f.; Jorga, W. Grunwald,
77, Anm. 6; Burgmann I, 369 f.; Bartsch 282 f.